UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXV. Die von Garthow treten alle Rechte in Liesten dem Kloster Arendsee ab, am 13. Februar 1334.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55716

Visual Library

manu noſtra in pheodo prius tenuerunt, de cetero tenere debebunt in pheodo de manu eccleſie in Arnſe. Ne autem predicta eccleſia a nobis ſeu noſtris ſucceſſoribus obſtaculum paciatur in premiſſis, preſentes noſtrorum Sigillorum appenſionibus fecimus communiri. Datum anno domini M°. CCC°. XXXIIII°., Dominica qua cantatur Inuocauit.

LXV. Die von Garthow treten alle Rechte in Lieſten dem Kloſter Arendſee ab, am 13. Februar 1334.

In nomine Domini Amen. Nos fredericus, Henninghus, Boldewinus, fratres dicti de Ghartow, notum facimus omnibus preſencia viſuris ſeu eciam audituris publice recognoſcentes, quod pro dampno, quod zanderus dictus de Weya Clericus intulit eccleſie in Arnſe in villa Sumendorp, dedimus et contulimus eidem eccleſie omnia bona noſtra, que habuimus in villa lyſten cum omni Jure, quo nos ea prius ex parte noſtri patris dinoſcimur poſſediſſe, Quibus bonis et omni Juri, quod in eis habuimus, debita et ſollempni renunciacione renunciauimus ad manus dicte eccleſie et preſentibus renunciamus, nichil Juris in eis nobis vel Succeſſoribus noſtris reſeruantes. Et dictorum bonorum veram warandiam pre omnibus contradictoribus fide data et manu collecta promiſimus et preſentibus promittimus Sepedicte eccleſie in Arnſe necnon prepoſito et Clauſtralibus ibidem inuiolabiliter obſeruare. Ne autem predicta eccleſia a nobis vel a noſtris ſucceſſoribus aliquam Brigham ſeu calumpniam paciatur in premiſſis, Preſentes noſtrorum Sigillorum appenſionibus dedimus roboratas. Datum anno domini M°. CCC°. XXXIIII°., dominica qua cantatur Inuocauit.

LXVI. Die von Garthow reſigniren dem Herzoge Otto von Braunſchweig ihre Beſitzungen in Lieſten zu Gunſten des Kloſters Arendſee, am 5. Februar 1335.

Magnifico Principi domino Suo ottoni, duci de Brunſwich, Beſeke, Helmer et Buſſo, fratres dicti de Garthowe, Se promptos et paratos in omni genere famulatus. Bona in lyſten, que A vobis in pheodo habuimus, veſtre reuerende dominacioni ad manus Clauſtri Arnſe preſentibus reſignamus. Datum Anno domini Milleſimo Tricenteſimo triceſimo quinto, in die Agathe virginis glorioſe.